Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25943
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea etenim non potuerunt mihi.
Super dorsum meum fabricauerunt peccatores prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum confundantur et conuertantur retrorsum omnes qui odierunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum quod priusquam euellatur exaruit.
De quo non implebit manum suam qui metit et sinum suum qui manipulos colligit.
Et non dixerunt qui praeteribant benedictio domini super uos benedicimus uobis in nomine domini.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea etenim non potuerunt mihi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores prolongauerunt iniquitates suas.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum confundantur et reuertantur omnes qui odierunt syon.
Fiant sicut fenum edificiorum quod priusquam euellatur arescit.
De quo non impleuit manum suam qui metit nec sinum suum qui manipulos colligit.
Et non dixerunt qui praeteribant benedictio domini super uos benedicimus uobis in nomine domini.

Sepe expugnauerunt me a adolescentia mea sed non potuerunt mihi.
Super ceruice mea arabant arantes prolongauerunt sulcum suum.
Dominus iustus ocidet laqueos impiorum confundantur et reuertantur retrorsum omnes qui odierunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum quod siccatur ut uiruerit arescet.
De quo non implebit manum suam messor et sinum suum qui manipulos faciens.
De quo non dixerunt transeuntes benedictio domini super uos benedicimus uobis in nomine domini.

Pleonacis epolem san me et neori tos mu et gar ue dunubisan mu.
Epi tu notu mu etetetenon la martolon emaenan tin anomian autu.
Kyrios diceis finecopsen anchenas amarto lon eschuntito san et apostrafi tosan usta opiso pantes unicuntes syon.
Genuthitosan osichortos domaton os pru et spas thune eruanthi.
Vue eplurosen tin chira autu otheribon et to colpo autu ota dragma ta fillegon.
Et ue ipon iparagontes eulogia kyriu efimas eulogi camen ymas en onomati kyriu.

Cant. Graduum.
De profundis clamauit ad te domine domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes in uocem deprecationis mee.
Si iniquitates obser-

Cant. Graduum.
De profundis clamauit ad te domine domine exaudi orationem meam.
Fiant aures tue intendentes in orationem seruitutis.
Si iniquitates obser-

Cant. Graduum.
De profundis clamauit ad te domine domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes ad uocem deprecationis mee.
Si iniquitates obser-

Cant. Graduum.
Et barbeon eteeta ari se kyrie kyrie isacuson tis fonis mu.
Genuthito ta ota su prosechonta is tin fonin tis deise os mu.
Ean anomias pa